pondosius per accidiam et negligentiam circa
salutem propriam et subditorum. quia scriptum
est ad Tessal. iij. Qui non vult operari
non manducet. nec primo crucifixi
nec ipsum crucifixum. quia dicitur Prov. 19. d.
Anima dissoluta esuriet. Prov. 19. b. Anime
efficiatorum esurient. Visio eod. xiij. b.
Anima operantium impinguabitur. Et hec
6 invenies plura. vi. Si ut hostia sis expers
fermenti. odij invidie et livoris. quia scriptum
est. Pascha nostrum etc. Exo. xxiij. Non immo
labis super fermentum san. victime. Ibid. Sol
lempnitatem azimorum custodies. comedes
azima sicut precepi tibi. Exo. xij. Non erit
fermentum in domibus v. Quicumque comederit
fer. peri. a. il. de is. Ibid. Qui comederit
fermentatum peri. a. il. de ce. is. tam de ad
venis quam de indigenis terre. i. tam de
clericis quam de laicis. Et adhoc plura. vij.
quia sicut hostia non est salsa. quia sic non sit
in te sal. i. insatiabilis sitis avaricie.
Sal enim insatiabiliter sitire facit. sic et
avaricia. quia scriptum est. Superbo oculo et insa
ti. c. cum hoc non e. Hec igitur. vij. in hos
tia diligentur considera. que est candida tri
ticea etc. Nam venus ira gula fastus
sed et accidie vis. Livor avaricia sunt
a nobis removenda. Sed heu hora. vij. ali
qua in pluribus reperiantur. et ideo sibi iu
dicium manducent. maxime tamen primum
·x· et ultimum. i. venus et avaricia. iam heu tempori
bus nostris miserandis scilicet habundant in cle
ricis. pauci enim clericorum sunt continentes.
paucissimi avaricie vicium non sectantes
ut ~~in occulto~~ in aperto. paucissimi vero
in occulto. ut necesse impletum videamus
illud. G. templum dei. i. ecclesia lux erat
plena. avaricia scilicet habundantis sicut replet
ecclesiam nunc ut quia dicitur. Jer. g. d. Pau
cissimi avaricia non sectantes. quemadmodum
quia dicit dominus Jere. viij. d. A minimo usque ad
maximum omnes avariciam sequuntur. a propheta

usque ad sacerdotem qui debet prohibere. Jer.
Jere. vi. d. A minore usque ad maiorem
omnes avaricie student. Notant dicit student.
quia sicut studentes semper nova conveniunt et
excudunt. sic iam clerici a minore
usque ad maiorem cottidie novas vias
avaricie excogitant et adinveniunt. Nam
novo genere adinventionis propter avariciam
multiplicantur altaria non necessaria.
Nam multiplicantur eadem die in ecclesiis
ante non concessis missarum sollempnia.
immo et in eadem missa multiplicantur
officia votiva. ut de beata virgine de sancto
spiritu et huiusmodi. Item et Requiem. dicunt non ex
aliqua devotione eorum. sed ut quocumque
modo alliciant animos simplicium ad
offerendum. Nam propter avariciam multiplicantur
ecclesiastica beneficia. Nam vicarij a plebe
usque pastoribus mutantur et deponun
tur. ydiote apostate in ecclesia si censum
augent reponuntur. Immo iam vi
carij vicarios supplantant. et tales
per quodcumque fas et nefas a populo pe
cuniam extorquent et luctantur sacra
menta vendendo excommunicando relaxando.
Nam propter avariciam innocentes apliusque excom
municantur. et scelerati absolvuntur. Christus
innocens crucifigitur et Barrabas latro
dimittitur. Item propter avariciam sub specie alie
necessitatis questuarij mittuntur. qui non
solum mendacia sed hereses quamplurimas cum
sint ydiote et homines sine timore dei
predicant. et sic homines in multos erro
res mittunt. Item propter avariciam peccata mul
torum dissimulantur. immo et non curantur.
Omnia hec grave in scandalum laicorum
et in dampnationem infinitarum animarum.
Venit autem clericorum et religiosorum avaricie
confudit et confundit destruxit et de
struit totam ecclesiam sanctam Christi. et nemo
est qui vicem Christi doleat. ut dicitur. Jer. Non
est qui iu. in. do. et non est qui renum